

ELENCHUS
PRAELECTIONUM,

TAM PUBLICARUM, QUAM PRIVATARUM,

QUIBUS

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA
BUETZOVIENSI,

OMNIUM ORDINUM

PROFESSORES,

PRIVATIQUE IN MUNERE PRAELEGENDI CONSTITUTI

DOCTORES,

POST

FESTUM MICHAELIS A. MDCCLXIII.


AD

FESTUM PASCHATOS A. MDCCLXIV.

OPERAM NAVABUNT.

BUETZOVII,

TYPIS FRITZIANIS.



PROFESSORES.

IN FACULTATE THEOLOGICA.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, SS. Th. P. P. O. & Consist. Consil. juvante Deo in Prælectionibus dogmaticis, exegeticis, & Hist. ecclesiast. ita perget, ut singulæ justo tempore rite absolvantur.

D. GOTTHILF TRAU GOTT ZACHARIAE, S. S. Theol. Prof, P. O. per instans semestre hibernum in explicanda *Theologia dogmatica* h. XI ad XII. perget, in qua sequitur *Theses Theologicas b. Baumgartenii*. H. IX ad X. in explicandis *Theologiae moralis* praeceptis perget, ad ductum compendii *Baumgarteniani*. H. II ad III. pomerid. *Hermeneutices sacrae* praecepta tradet cum applicatione regularum eius ad epistolam Pauli ad *Colossenses*, quam integram interpretabitur. Si praeterea alias institutiones Theologicas desiderauerint commilitonum praestantissimorum nonnulli, desiderii eorum non deerit.

IN

IN FACULTATE JURIDICA.

D. ERN. JO. FRIED. MANNZEE, SEREN. DUC. REGN.
Consil. & Jur. Prof. Ord.

Horarum distributione ferente, per instans semestre brumale, in commune, pro sua rata, D. V. conferet, una cum Historia & oculari Bibliothecæ inspectione.

I. *Coll. Institutionale, ad Heinecc.*

II. *Lectiones Pandectales, sex mensibus, nova methodo, absolvendas, ad varios Autores.*

III. *Coll. Juris Feudalis, ad Wolfium.*

IV. *Conventus Practicos & V. Disputatorios.*

Continuabit etiam, si excitabitur studium, die *Mecklenburgschen Zusammenkünfte.*

AD. FRID. TRENDELENBURG, AA. LL. M. Ph. & J. V. D. huiusque P. P. O. In docenda Juris ciuiliis priuati scientia pro more suo ita versabitur, vt solidam iusti & aequi cognitionem secundum Romanorum placita ex genuinis fontibus hauriat. Qui quum sint duplicis generis potissimum, alter qui e Philosophia emanat, alter qui ex antiquitatis & artis criticae studio deriuatur, illum quidem aperiet in tradendis iis, quae ipsa humana natura docet iusta esse iniustae, hunc vero in interpretatione curatiori legum romanarum. Prius negotium suscipiet *hora VIII--IX Lib. Bar. de WOLFF Institutiones Juris Naturae & Gentium* explicaturus; posterius vt eo feliciter succedat, iis qui limina Themidis intrare cupiunt, *Institutiones Justiniani* secundum aureolum libellum *HEINECCII* interpretabitur *hora X--XI*, qui vero Romanam iurisprudentiam primis labiis iam degustarunt, sed curatius iam cupiunt totum illum vastissimum legum campum ita peragare, vt quae Romanorum instituta ad nostra fora translata sint, quae Germanorum iura tenaciter seruata diligenter discant, iis operam dabit *horis IX--X & XI--XII in BOEHMERI Introductionem in Jus Digestorum*

commentaturus. Neque iis deerit, qui seorsim velint naturali suo ordine addiscere modum procedendi in foris, quem vulgo *Processum* dicunt, siue praecepta huius tantum audire, siue ipsi & ingenium & calamum exercere velint in elaborandis litium exemplis. Inprimis autem excitat & inuitat erectioris indolis ingenia, quae supra vulgum sapere cupiunt nec vnice se forensi strepitui dedicant, vt ad solidam & elegantiore iurisprudentiam addiscendam, tam iuris nostri historiam, duce, si placet, V.C. *PLATNERO*, quam sacra antiquitatis romanae penetralia, praetente V.G. *de SELCHOW* perlustrare cum ipso velint. Praeterea omnem curam diligentiamque adhibebit, vt iis satisfaciat, qui ipso duce linguam mentemque *disputationibus & examinationibus* exercere desiderent. Sed, qui has scholas, quibus horam nondum adscripsit, frequentare cupiunt, Commilitones, eos rogat, vt quam primum fieri possit, nomina sua profiteantur.

HERMANNUS BECKER, LL. D. & P. per instans semestre hybernum, Deo volente, labores destinavit suos.

Hora 9na ad 10mam antemerid. in explicandis principiis iurisprudentiae criminalis secundum ordinem compendii Kochiani, sub rubro, institutionum iuris criminalis, editi.

Hora 10ma ad 11mam antemerid. & 2da ad 3tiam pomerid. in continuandis praelectionibus collegii pandectarum post ferias paschales huius anni iam inchoati.

Hora 11ma ad 12mam antemerid. in exponendis principiis iurisprudentiae publicae imperii, secundum elementa Illustr. Putteri.

Sicuti & collegia examinatio-disputatoria in legitima scientia, per quatuor horas in hebdomade instituenda, exigentibus, si qui sint, ea qua decet humanitate, promptus paratusque offert.

IN

IN FACULTATE MEDICA.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, Med. D. & P. P. O. *SERENISS. DUC. REGNANT.* Consil. Aulicus, per instans semestre hybernium publicas prælectiones destinabit Methodo formulas sic dictas medicas concinnandi, juncto insimul modo, quo medicamenta præscripta in pharmacopoliis rite præparari, & ab ægrotis adhiberi debent. Præterea ad desiderium nonnullorum, in *TEICHMEYERI Institutiones Medicinæ legalis vel forensis* commentabitur, ita, ut & non Medici exinde habeant, quod eisdem, data occasione, olim usui esse possit. Et si forsitan nomina sua profitebuntur in aliis artis salutaris partibus instituendi, horum expectationi prolixo satisfaciet animo.

D. AUG. SCHAARSCHMIDT, P. P. Hora post meridiem tertia in cadaveribus humanis anatomen demonstrabit, quibus præparandis hora antemeridiana nona dicata est.

Privatissime semiologiae, quae restant capita, hora Xma ad finem perducet.

IN FACULTATE PHILOSOPHICA.

PAULUS THEODORUS CARPOVIUS, D. Orientaliumque Profess. Publ. Ord. gratia porro adsistente divina, variis *Orientis Linguis* docendis; *Libris divinis* ex fontibus explicandis; *Ikenique Antiquitatibus* Hebraicis juxta triplicem Statum, Ecclesiasticum, Politicum, & Oeconomicum; *Græcis* item *Romanisque*, qua ad intelligentiam S. Scræ. utilibus, enodandis, operam dabit.

ANGELIUS JO. DAN. AEPINUS quantum alii, quos differre haud licet, labores permittent, optimorum Commili-

tonum commodo inservire haud negliget. Per instans semestre hybernum Historiam S. R. I. ad ductum *III. Pütteri Handbuch der Teutschen Reichshistorie* docebit, & disputatorio exercitio lubens operam navabit, acroases nondum ad finem perductas sedulo b. c. D. continuaturus.

M. WENCESLAUS JOANNES GUSTAVUS KARSTEN, P. P. O. Matheseos suæ Theoreticæ Partem Elementarem hora II--III, Partem vero sublimiorem hora VIII--IX illustrabit. Præterea hora IX--X Mathesin Adplicatam docebit secundum præcepta Cel. Kæstneri *in den Anfangsgründen der angewandten Mathematick*. Horis denique XI--XII & III--IV privatis Lectionibus traditurus est sublimiorem Mechanices atque Statices tam solidorum quam fluidorum Theoriam cum ejus usu in Astronomia, Geographia Mathematica, Pyrotechnia & Architectura Militari.

D. DANIEL GOTTFRIED SCHREBER, si Deus voluerit, principia porro tradet scientiæ oeconomicae, tam publicae quam priuatae, & de compendiis horisque commodis cum auditoribus facile conueniet.

EOB. TOZIUS, Hist. Prof. Publ. Ord. in lectionibus suis publicis

Hora III. continuabit Notitiam praecipuorum Europae Regnorum & Rerumpublicarum, hoc semestri Galliam, Britanniam, Daniam, Sueciam, Imperium Russicum & Rempublicam Foederati Belgii pertractaturus. In priuatis

Hora XI. Historiam Regnorum & Rerumpublicarum Europae docebit, ad filum compendii Achenwalliani, iunctis ubique obseruationibus Jus Publicum & Gentium illustrantibus.

Denique & propositum sibi est commentari in Capitulationem Caesaream novissimam. De hora adhuc dubius, hanc Juris Publici Cultoribus e tabula publica significabit.

PRI-

PRIVATI DOCTORES.

J. M. MARTINI, LL. D. in academia nostra Serenissimi Principis mandato tanquam lector publicus constitutus promittit per instans semestre hybernum a se instituendas manuductiones

Hor. 9. ad 10. matut. in historiam patriam ad ductum Domini Buchholtzen in dem Versuch in der Geschichte des Herzogthums Mecklenburg.

Hor. 11. ad 12. matut. in historiam iuris, secundam elementa historiae iuris vniuersi per Germaniam obtinentis Illustr. Dni. de Selchow. Denique

Hor. 3. ad 4tam pomerid. in iurispr. feudalem praeunte Mascouio in iure feudor. I. R. G.

M. JO. NIC. TETENS praelectiones offert *logicas* in *b. Corvini* institutiones notissimas; *metaphysicas* in *b. Baumgartenii* *Metaphysicam*, denuo inchoandas. In *Physices* dogmatis commentandis duce *ill. Segnero*, b. c. D. continuabit. Publice quovis die Mercurii & Saturni quatuor posteriores libri Segneriani sectiones dilucidabit. Addet & *Ethices Philosophicae*, quam scripsit *b. Baumgarten*, expositionem.

Horas in publica indicabit tabula.

M. OLAUS GERHARDUS TYCHSEN *Publice* collegium litterarium & isagogicum in singulas litteraturae orientalis partes & selectorum librorum orientalium notitiam, bibliotheca priuata in subsidium vocata, auspicabitur. *Priuatim*, praeter collegium fundamentale ebraicum, lectionesque philologicas in vniuersam S. S., duce Brtiningio V. C. antiquitates graecas sacras, & ebraeas praeunte Ikenio Auditoribus proponet. Scholas praeterea Chaldaicas, Syriacas, Samaritanas, Arabicas; itemque Rabbnicas, Anglicasque ad ductum libellorum a se recens editorum, Commilitonibus illas cupientibus aperiet.

Ho-

Horas singulis praelectionibus destinatas schedula, vallis publicis adfixa mature indicabit.

M. SAMUEL SIMON WITTE per instans semestre brumale, Philosophiae moralis praecepta, ad normam compendii Darjesiani tradet.

Duce eodem, Juris naturalis scientiam binis explicabit horis, quarum vna Jus naturae strictè sic dictum, altera vero Jus sociale absolvet.

Artem porro cogitandi ad filum compendii Darjesiani, quod: *via ad veritatem* inscribitur docebit. Nec deerit illis, qui arti disputatoriae operam dare cupiunt.

Praelectiones denique suas in Metaphysicam eiusdem auctoris, & praesertim in Theologiam naturalem continuabit.

J. G. a CONVENENT, S. S. Theologiae Candidatus, Divina favente Clementia per instans semestre linguam Gallicam docebit. Atque non solum praecepta hujus linguae fundamentalia explicabit, sed etiam artem loquendi, scribendique gallica tradet.

* * * * *

Nec desunt publicis itidem Stipendiis constituti *artium gymnasticarum Magistri* usu satis probati, firmitati & cultui corporis inservientibus exercitiis Dnn. Studiosos omni dexteritate instruunt.

P. P. Bützovii circa Festum Michaelis A. MDCCLXIII.

